



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Flores Meditationvm

Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Medit. 15. De Gestis in domo Caiphæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59636)



MEDITATIO XV.
DE GESTIS IN DOMO

CAIPHAE.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. Ministris Christum ad Caipham ducentibus, Petrus sequebatur à longè, *Mat. 26. Mar. 14.*
& sedebat cum ministris.
- II. Varijs testimonia falsa dicentibus, surgentes duo dicebant Christum dixisse, se templum dissoluturum.
- III. Cum testimonia non conuenirent, &c. Surgens summus Sacerdos dixit: non respondes his, quæ obijciuntur.

FIGVRA.

Principes Iezrael mandato Iezabelis, 3. Reg. 21 duos produxerunt falsos testes, ut Naboth virum iustum capitis damnarent.

PROPHETIÆ.

Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, Psal. 43. interrogabant me.

O peccatoris, & os dolosi super me aper- Psal. 108 tum est.

Locuti sunt aduersum me lingua dolosa.

Ego

Ose. 7. Ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia.

Psal. 32. Factus sum tanquam homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.


DOCUMENTA.

1. **Q**VI alios dignitate præcellunt, conueniunt inter se de morte Christi: at turbæ & homines simplices eum sequuntur, & doctrinam eius amplexantur. Vnde intelliges, quanta pericula & ruinarum occasiones sint in alto statu: contra quanto homines humiles & simplices, maiori securitate & facilitate perueniendi ad salutem fruuntur.
2. Exemplo Christi patienter ferendæ sunt calumniæ, quæque falso inter nos dicuntur, sine vel defensione nostri, vel eius, qui falsa de nobis dicit, accusatione.
3. Si rectam esse volumus viam nostram coram Deo, negligendæ sunt voces ignorantis vulgi, & maledicorum linguæ, potius tacendo respondendum, & vincendum ferendo.
4. Falsos in Christum testes quærunt, qui excusationes inueniunt, ne diuinis obtemperet inspirationibus, aut ne officium faciant. Similiter qui studiosos virtutis & ad perfectionem aspirantes accusant & vituperant.
5. Cum à quopiam iracundè & turbulente inuadimur accusatione aut obiurgatione, tacere præstat, quam excusare vel defendere. Eadem enim opera & iram hominis ardentis extinguemus, & aliis erimus exemplo.

6t Cum

MEDITATIONVM. 265

6. Cum falso traducimur aut accusamur, solatio nobis sit exemplum Christi: cogitemus sententiam illius: *Beati vos, cum male dixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quia merces vestra copiosa est in caelo.* Mat. 5.



MEDITATIO XVI. DE ADIVRATIONE

PONTIFICIS.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. *Summus Pontifex rursum dixit: adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es CHRISTVS?* Mat. 26
Mar. 14.
- II. *Respondit IESVS: dixisti ego sum. ammodo videbitis filium hominis, sedentem à dextris virtutis Dei, &c.*
- III. *Sacerdos scindens vestimenta, dixit. Blasphemauit, quid vobis videtur? omnes condemnauerunt esse reum mortis.*

PROPHETIAE.

Execa cor populi huius, & aures eius Esa. 6.
aggraua, & oculos eius claude, ne forte
videant oculis suis, & auribus audiant,
M & cor-